

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Tribulatio as
cum fonte primo

Nichil eripit fortuna nisi quod dedit;
uirtutem non dedit, ideo
non detrahit.

Itaque sapiens nichil perdit;
in unius possessione uirtutis est
ex qua depelli nunquam potest.

Seneca in quadam epistola.



Sapiens autem nihil perdere potest;
omnia in se reposuit, nihil fortunae
credit, bona sua in solido habet
contentus uirtute, quae fortuitis non
indiget ideoque nec augeri nec minui
potest; nam et in summum perducta
incrementi non habent locum et
nihil eripit fortuna nisi quod dedit;
uirtutem autem non dat, ideo
nec detrahit:
libera est, inuiolabilis, inmota,
inconcussa, sic contra casus indurata ut
ne inclinari quidem, nedum uinci possit;
aduersus apparatus terribilium rectos
oculos tenet, nihil ex uultu mutat siue illi
dura siue secunda ostentantur.
Itaque nihil perdet
quod perire sensurus sit;
unius enim in possessione uirtutis est,
ex qua depelli numquam potest,
ceteris precario utitur: quis autem iactura
mouetur alieni?



Lucius Annaeus Seneca, *De constantia
sapientis*, 4, 4-5 (L.D. Reynolds ed.,
pp.22-3, ll.28-33, 1-8).